

non dumtaxat alios homines, verum etiam seipfos decipiant, siue enim Philosophi, siue Medici illi fient, nihil tamen hac in re intelligunt.

Simili quoque modo & me minime lateret, quod dixeris, quod solus Deus altissimus ex elementis aliquid creare possit, cum naturam ille produxerit. Ille juxta quantitatem elementa miscere, qualitates recte proportionare, elementa rite conjungere, atq; miscere nouit, quem admodum illi modo visum est. Illic nemo homo reperitur, qui aut idē facere, vel illud negare audeat. Solus nāque ille creator, bonorumque omnium productor est, nec in mundo quicquam est, quod absque illo factum siet. Omneis iccirco jaētabundi Chimici Sophistæ nunc taceant, neque colligere sperent, vbi non serunt: qui per falsas suas calcinationes, sublimationes, distillationes spiritus per fumum abigunt, & per sophisticas suas coagulationes atque congelationes rerum imperitis persuadere conantur, immo etiam apud illos, qui opus perfecerunt, prætendunt, quod argenti viui aurique elementum recte separatum fiet, id quod tamen in euentu sineque nihil est. Verum enim est, res omneis, quæ sub cælo sunt, à quatuor elementis factas esse, rectam quāritatem habere, atque adeo, suam juxta speciem, per naturam, in recta proportione mixtas esse: non tamen ita, vt omneis proprie vnitæ, sed in virtute distinctæ, cum primis vero Philosophici lapidis materia, fient.

Hisce simul intelligo, quod in rubro argento viuo, & perfecto corpore, quod Sol appellatur, quatuor elementa, singula inter se inuicem peculiari modo vnita, & per singularia media mixta fient, adeo vt, humanæ artis be-

Ff

neficio,